SERMO GENERALIS De argutionibus Sophiſtarum artem negantium.

Caput viij.

QVONIAM IN ſumma vna huius libelli noſtri iam præmiſimus tibi omnia huius operis impedimenta. & doctrinā tibi dedimus ad artis adherentiam huius ſufficiēter, expedit modo ſecundum noſtri propoſiti intentionem contra ſophiſticos et ignorantes diſputare. Primo ipſorū rationes ponentes, ſecundum ꝙ promiſimus ex principio nos determinaturos eſſe. Vltimo vero eas omnes interimemus, vt manifeſta demonſtratione ſapientibus pateſiat nihil veritatis continere.

SERMO PARTICVLARIS De negantibus artem ſimpliciter.

Caput ix.

SVNT AVTEM diuerſi qui eam negant & deſtruunt. Alij vero ſimpliciter, alii ex dictis a ſupponente eam eſſe, Sunt enim aliqui aſſerētes artem non eſſe ſimpliciter, opinionem ſophiſtice taliter corroborantes Diſtinctę ſunt rerum ſpecies & diuerſitates, quia diuerſę ſunt & diſtinctę elementorum adinuicem in cōmixtione proportiones. Eſt enim aſinus diuerſus ab homine in ſpecie, quia multo diuerſam habuit elementorum in ſui compoſitione proportionem. ſic & in cæteris rerum diuerſitatibus eſt inducere, ergo & in mineralibus: Ignota igitur miſcibilium proportione qua adipiſcit̃ forma & rei perfectio, quomodo & mixtū formare ſciemus Sed ignoramus ſolis, Lunæ, vel elemẽtorum proportionem, ergo & formare ipſa ignorare debemus. Ex his igitur concludunt, Inutilis eſt ars iſta & impoſſibilis. Similiter etiā aliter arguunt, magiſterium noſtrum interimentes. Dicunt enim, etſi proportionem elementorum ſcires, modum autem mixtionis adinuicem eorum ignoras, quoniā in cauernis et mineris et abſcōſis locis hæc natura procreat. ergo cum modum mixtionis eorum ignoras, et hoc facere ſimiliter ignoras. Similiter iterum arguunt, Si hoc debite ſcires in mixtionibus, actione ignorares calorem æquare agentẽ, ꝙ mediante res ita perficitur, Certam enim habet natura caloris quantitatem, qua metalla in eſſe deducit, cuius menſuram ignoras. Similiter et alias naturæ cauſarum differentias agentium ignoras, ſine quibus nō poſſet natura intentum perficere, his ergo ignoratis, & totus ſimiliter agẽdi modus huius artis ignorabitur. Præterea etiam rationem in experientia tibi adducunt. Tam diu enim eſt a viris ſapientibus hæc perquiſita ſciẽtia, quam ſi poſſibile eſſet ad eā per aliquā viam

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG